



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Eius alacritas in ægro foue[n]do. 163

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

pter, benè secum agi, dicebat, quod valetudine non optima vteretur: tali enim magisterio doceri se, quemadmodum alijs consulere oporteret. Vicentiæ quondam febris languebat I G N A T I V S; cum fortè affertur, Simonem Rodericum in Bassanis extremè decumbere, & capitali morbo attineri. I G N A T I V S illico sui oblitus, surgit socium inuisere: persecutus diale iter, tantum alacritate, vt ægrum comitem, P. Faber, vegetus valensque non cōsequeretur. 163 In illo præterea itinere, quod cum P. Iacobo Laine, faciebat, comitem maximis doloribus oppressum anxie fouit. Pecunia primum, quantum in stipe acceperant, iumentum conducit. Socio deinde venienti, ac paupere tunica inuoluta, anteambulonem se dedit, mirè hilarem: itaque celerem, vt

Laine

Lai
diff
me
foc
que
164
nus
fet,
fet,
ne
fent
cti
adu
fimi
deli
nut
ad
faci
I
fuis
pos
Art
iuf
sey

Lainefio teste, currentem equus
 difficulter æquaret. Longe ta-
 men cum vidimus acriorem in
 sociorum nomine tuendo; in-
 que animi bonis procurandis.
 164 Tum deinde, si quos huma-
 nus etiam error transuersos egis-
 set, aut alius neglectus impedis-
 set, quàm primùm eos pœnitudi-
 ne duci, & factum corrigere velle
 sensit: ita continuo omnem deli-
 cti memoriã sepelijt, vt si nunquã
 aduertisset. Quo fiebat, vt suavis-
 simis affectibus socios sibi omnes
 delinitos, ad quoduis imperium
 nutumq; alacres haberet: atque
 ad profectiois ardua promptos
 facilesque duceret.

165 Verum non ita se comem-
 suis præbebat: quin vsu interim
 poscente, seuerus esse inciperet.
 Artificio enim mirabili, ad cu-
 iusque indolem, suauius modo
 se vehementiusuè agebant: illud